

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. IX. Romana appodii. De usu muri communis, & an elevari possit
ædificium, per quod claudantur fenestræ ab alio vicino in eodem muro
constructæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

ROMANA APPODII

PRO

ANGELA LAZARINA

CVM

N.

Casus decisus per Cameran contra Lazarinam.

De usu muri communis, & an elevari possit ædificium, per quod claudantur fenestrae ab alio vicino in eodem muro constructæ.

S V M M A R I V M .

1. **F**acti series.
2. **D**e materia ædificandi in muro communis.
3. **I**n muro lateralí apto & destinato ad ædificium & tignorum substantiationem licet ædificare, quamvis fenestra claudantur.
4. **E**t quando procedat opinio contraria.
5. **Q**uid ubi expressus vel tacitus consensus accedit super apertura fenestra in tali muro.
6. **I**nspectio, an murus effet communis, vel unius tantum, ad quid deserbiat in Urbe.
7. **C**onclusio de elevatione cum clausura fenestrarum procedit, ubi mansiones omnino obscurantur, declaratur num: 9.
8. **I**sto casu præsumitur inducta servitus non elevandi.
9. **D**eclaratur conclusio, de qua num: 7.
10. **R**esertur decisio, & quo circumstantia in his questionibus decidendis attendenda sint.

D I S C . I X .

IN muro lateralí duarum adjacentium domuum tigna & teæta substantiae, dominus dominus eminenterioris, in ea parte quæ teætum alterius domus depressioris supereminens aperuit fenestram, cuius beneficio accepto lumine, quod prius recipiebat ex quadam lodiæ, istam in usum alterius mansionis seu officinæ convertit. Cumque post aliquem annorum cursum, dominus dominus depressioris illam elevere vellet ad æqualitatem alterius, unde propterea Ætæ fenestra clausura resularet, se opposuit vicinus, & introducta causa in Tribunalij Camerarij & Aëdilium, sententia opponenti favorabilis prodit, confirmata etiam in secunda instantia per viarum Præsidem, & introducta causa appellationis in plena Camera, capta etiam fuit resolutio pro dictarum sententiarum confirmatione, adversus quam resolutionem concessa de more nova audiencia, ad cause semimortua defensionem ex parte ædificare volentes evocatus fui.

Vnde pro eo scribens dicebam non versari in ea questione, quæ per DD. adeò acriter agitaris solet in ædificio super muro communis ad solam divisionem constructo, in quo casu intrant illæ distinctiones, de quibus latè habetur in *Pisauren muri disc. 6 hoc titulo & in alijs*, cum tunc principalis muri destinatio sit ad dividendum magis quam ad ædificandum, unde

propteræ innovatio ædificare volentis, immutare videtur statum confuetum & naturalem muri, ob quod intrat prohibitio. Et nihilominus etiam isto casu in Urbe, tam ex ejus statuto 147, quam ex *Constitutione Gregorij XIII.* satis dubitari potest correctam esse juris communis dispositionem, ac semper & omni casu indistincte licitam esse elevationem seu alium usum ex ijs, quæ habentur disc. præcedens & dis. 7. & in alijs.

Versabamur etenim in muro de sui natura principaliter destinato ad ædificium prostantiarum usu ac teæti, tignorumque substantiatione, itaut ædificare volens nihil novi tentet, neque rei statum seu naturam immutet, sed utatur muro communis ex sua parte, eodem ad amissum modo, quo alter vicinus ex altera parte virtutem; Quo casu contors est Doctorum sententia, potiores esse partes ædificare volentis, quamvis exinde contingat claudi fenestras in eodem muro ab altero vicino factas; Tum quia communio alias remaneret inutilis, Tum etiam quia male gestæ alter vicinus, atque rei usum & naturam alteravit, aperiendo fenestras in eis muro, qui de sui natura & destinatione non ad prospectum neque ad fenestrarum usum, sed tanquam lateralis ad tigna & teæta substantienda constructus erat, ut in specie firmant Cepoll. de servit. Vrb. præc. 62. num. 5. Iaf. conf. 98 sub n. 4. & seq. vol. 1. Handed conf. 80. num. 31. & seq. lib. 1. Thomas. dec. 119. & Sperell. dec. 56. n. 10. 40. & 41. Duran. dec. 450. num. 1. & admittit Surd. conf. 233. num. 15. quamvis ille conetur Lafonij sententiam reprobare, quia dissentientes opiniones conciliando, fatetur istam pro ædificare volente veriore esse, quoties illa muri excessentis communio esset vicino inutilis, atque de vento inserviret si non liceret ædificare, quos sequitur Sperell. d. dec. 56. n. 41. & 42.

Contraria vero procedunt, ubi vicinus vult elevarre murum ultra usum destinatum novoque ædificio minus aptum, itaut in suo antiquo statu remaneat utilis ad illum usum, ad quem ab initio constructus fuit, quod etiam idem Surd. affirmit conf. 387. num. 43. Idque apud Sperell. d. decif. 56. num. 8. & cum sequent, ampliatur quamvis accederet scientia & circumstancias, quia non per hoc resultat consensus præjudicialis; Quinimo, quod magis est, num. 10, an pliat quamvis expressa licentia seu consensus aperiendi fenestram accederet, quia praefitus intelligitur rebus in eo statu permanentibus, atque pro eo tempore quo muro uti nollet, nisi alia accedant administricula, jus perpetui servitutis redolentia.

Replicabatur per alteram partem non constare de muri communione in parte superiori seu exceedinge teætum ædificare volentis, ac potius omnino 6 verisimile esse, illam partem totam constructam esse sumptu eius, qui altius dominum suam conservare volit; Verum hæc responsio quamvis probabilis, nullius ponderis remanebat ex *Statuto Urbi*, & *Constitut. Greg. XIII.* disponentibus, ut vicino ædificare volenti licitum sit uti muro vicini, quamvis non communis solito appodio, ita ut circumstantia communio remaneat solum considerabilis pro hujusmodi solutione evitanda, cum alias in hujusmodi muris dicuntur vicini habere quandam communio habitualem cum dicta solutione ad actum deducibilem.

Replicabatur item & melius, dictam conclusionem de ulteriori elevatione quamvis luminibus 7 officeretur, & fenestra clauderentur, recte procedere, ubi luminibus dominus præjudicatur quidem in parte, non autem ubi illa totaliter obscuratur itaut dominus, vel mansio remaneat omnino cæca & inutilis, quia nemo debet sepeliri vivus in propria

DE SERVIT. PRÆDIALIB. DISC. IX.

21

propria domo, ut in specie observat *Gratian. discept. 896. num. 1. & seqq.*

Hanc responzionem dicebam probabilem, ac humana rationi adaptatam, ita ut hujusmodi circumstantia ponderari posset pro fortia adminiculo servitius ab initio inducere, quam probari posse per præsumptiones & adminicula receptum est in iure ex deductis supra in *Ianuen. disc. 2, in Firmana servitius disc. 3, & in alijs hoc tit.* Et in individuo fenestræ existentis in parte superiori muri lateralis, prout est iste, *plene Riminal. jun conf. 421.* Cùm enim omnino improbabile sit aliquem velle confruere maniones omnino obscuras & inutiles, intrat probabilitas, quod inter duos vicinos ædificantes conventionem sit ab initio, ut unus dominus efficit altera depressior, ad effectum, ut ex parte excedente lumen habeti possit, aliundè non obtinendum, de quo etiam in *Camerinen. disc. 4.*

Verum istam conjecturam meo quidem judicio fortissimam, cessare dicebam in hac facti specie ex duplice circumstantia; Prima nempè, quod poterat aliundè consuli obtinendo lumen ex lodiæ, prout antiquæ domus strætura inducebat; Et altera, quod hujusmodi fenestra constructa non fuit ab initio ædificata domus, quo casu recte intrat supradicta præsumptio conventionis ex tunc inter vicinos habitas, dum in facto constabat post longum intervallum apertam esse; Quinimò ex dicta prima circumstantia recipiendi pro hac mansione remolum & mendicatum lumen ex lodiæ, dum melius recipi poterat ex fenestra in hoc loco in ipsa muri constructione aperienda, clarum resultabat argumentum contrarium, quod scilicet alter vicinus permittere noluerit; Quodque ubi aliundè lumen recipi potest, & utriusque parti consuli, id omnino per judicem secundum sit *Duran. dict. decis. 450. num. 3.* ideoque dicebam vicinum se opponentem reducere debere domum ad suam originalem strætura aperiendo scilicet lodiæ.

Fuissent hac forsitan operativa, si ab initio causa deducta essent, non tamen prævaluerunt post duas sententias conformes contrarias, & resolutionem plenam Camere in tercia instantia, cùm difficultas retractantur ea, quæ re integra non concederentur; Potissimum vero causa non recedendi à resolutis fuit infelix conditio domus elevanda, ut potè existentis in quodam cœco viculo, undè nullus exindè publicus ornatus resultabat; E conversò autem altera domus oppositoris ita non leva incommode, & præjudicium patientis, erat nobilioris strætura ac faciens ornatum, quæ circumstantia in his terminis satis spectari solent pro jūdicis arbitrio regulando.

SANCTI SEVERINI ÆDIFICII

PRO
HORATIO MARGARUTIO

CVM

N.

Causa pro Horatio per A. C. refutatio.

An in domo pluribus communi cum distinctione solariorum seu appartamentorum, quia nempe unus sit Dominus appartenenti superioris, alter vero inferioris, possit unus in sua parte aperire portas vel fenestras, seu aliud novum opus facere altero invito.

S V M M A R I V M.

1. **C**ausa controversia.
2. **I**n re communis potior est conditio prohibentia.
3. **Q**uando murus dicitur communis.
4. **I**nter possidentes plura ejusdem domus, solaria seu appartamenta an dicatur adesse communio seu consortium.
5. **P**ossessor solarii seu appartenenti superioris an dicatur Dominus, vel potius id obtinere jure servitius, referuntur plures opiniones.
6. **S**uperficies servire non potest solo, sed bene econtra.
7. **H**abens adiunctum superius non potest innovare cum damno habemis inferioris vel econtra.
8. **D**ominus rei servientis, an & quomodo ea uti possit, vel statum immutare in præjudicium dominantis.

D I S C. X.

Cum ejusdem domus in Civitate sancti Severini, Margarutius possideret primum solarium seu appartamentum inferius, alter vero possideret duo alia appartamenta superiora, atque Margarutius quamdam portam aperire vellet, se opponente Domino aliorum appartamentorum, orta est controversia in Tribunal A. C. in qua pro oppositore agentes, cum presupposito, quod ageretur de re seu muro communis, insisterebant in regula sapientis hoc tit. in *Pisauren. muri disc. 6. & alii discussa*, ut in re communis potior sit conditio prohibentia, ex deductis in materia post antiquiores per *Thesaur. decis. 23, 41, & 219. Sard. conf. 126, & 387. Altograd. conf. 100. vol. primo Cyriac. controv. 460. Ciarlin. controv. 30. Ronit. dec. 30. Sperell. dec. 54, & 56. Rota seu Camera decis. 253, par. 7, recent.* apud quos habetur de materia, quasi quod mutando antiquam stræturam, & aperiendo novas portas vel fenestras, dicitur locus uti re communis præter usum destinatum, quo casu recepta est dicta regula negativa, ut scilicet potior sit conditio socii prohibentis.

Verum pro Margarutio scribens dicebam opus non esse assumere disputandam supradictam questionem ut potè à casu controversie penitus extraneam illa etenim procedit cum presupposito communis seu consortii omnino in facti specie cessantis; Tunc etenim murus dicitur communis, quando constitutus est inter duo edificia, vel causa dividendi, vel causa substituendi communia tigna & tecta, ita ut non magis unius quam alterius dicivaleat, sed utriusque sit æquale dominium & possessio, atque ambo dicantur Domini in solidum seu per partes quotitativas potius, quam quantitativas, undè nemo suum distinctè respectu totius usus muri dignoscere valeat, quia hujusmodi muri dicuntur utriusque in solidum tanquam duorum in communione viventium, ut in proposito consortii ad effectum retractu bene de hac communione habetur apud Merlin. decis. 386, 411, & 465. alias 243, 303, & 378, part. 5, recent. ideoque quomo-